



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

II. Markgraf Albrecht bestätigt dem Kloster Arendsee seine Besitzungen,
am 15. November 1208.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

peratore et venerabili episcopo Tamone regente ecclesiam Verdensem et ducatum tenente inclito Bernhardo, preposituram autem Adelberto. Tam Senior quam Junior concesserunt.

Buchholz a. a. D. IV, Anh. S. 29. Beckmann's Beschr. V, I, IX, 29. Leng, Br. Urk. S. 2. Lentzi Beckm. enucl. S. 54. — Der unflare Schluß dieser Urkunde, der auf Otto I. und Otto II. zu beziehen sein dürfte, lautet in den Buchholz-Beckmann'schen Abdrücken Praeposituram autem Adalbertus tam senior quam junior concesserunt. Ich möchte die Worte Tam senior etc. für eine historische Notiz halten, die sich auf eine erfolgte Bestätigung Otto's II. bezieht. Es erhellt nicht, ob sie in der Original-Ausfertigung gestanden haben, da letztere nicht mehr zu ermitteln gewesen ist.

II. Markgraf Albrecht bestätigt dem Kloster Arendsee seine Besitzungen, am 15. November 1208.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Albertus, Dei gratia Brandenburgensium Marchio, Notum sit omnibus tam presentibus, quam futuris Christi fidelibus, quod ego Albertus, Dei gratia Brandenburgensium Marchio, inter principes terre, more floris mane virentis, vespere arefcentis et in pulverem suum revertentis, eterna temporalibus commodis preferenda esse, fide cordis credo, et verbis oris affirmo. Proinde ecclesiam in Arneffe, in honorem beate Marie semper virginis, sanctique Joannis Evangeliste constructam, et patris mei divine memorie Ottonis Marchionis, optimo studio fundatam, fratrumque meorum Ottonis et Henrici devotione promotam, et eorum elemosynis in collatione predictorum cepisse satis ampliatam, benignitate paterna quasi jure hereditario ad me transfusam, quantum potero, consolari et fovere invigilabo. Inde est, quod expedita devotione predictae ecclesie et sanctimonialibus, in eodem loco sacro sub regula sancti Benedicti Deo servientibus, ad sustentationem, ea que predecessores nostri devote contulerunt, benigne confirmamus, videlicet mansum unum in villa, que dicitur Kamerick, et duos mansos et dimidium quadrantem super rivum, qui dicitur Aland, et dimidium mansum in Schoneberg, ecclesiamque in Krufsen, et quinque quadrantes in Potbadele, duos in Duceke, unum in Vilbom, unum in villa, que dicitur Grindel. Confirmamus eis etiam villam Arneffe, et villam Kawlitz, et Slavicas villas Burchstede, Sziffowe, Noyden, Baudifin et situm ville Szatun, preterea quicquid inter stagnum, quod dicitur antiquum Arneffe, et fluvium, qui dicitur Bindin, et provinciam Linegow habuerunt, vel habere possint, in silvis, in pascuis, in piscationibus, in venationibus. Indulsumus preterea ipsis advocatiam, et quicquid iuris nostri esse videbatur, videlicet petitiones, exactiones, opera, que Burchwerck vocantur, expeditiones, que vulgo Herzüge vocantur, frumentum, quod Belkorn vocatur, frumentum, quod Wizop vocatur, et omnia, que vulgo vocantur Recht et Vrecht, eo quod pro suis benefactoribus, tam vivis quam defunctis, intercedere teneantur. Ne igitur ullus hominum sic dictam ecclesiam in villis vel agris memoratis molestare presumat, presentem paginam sigilli nostri impressione munivimus. Huius donationis testes sunt, Henricus eiusdem ecclesie prepositus, Godofridus Canonicus in Stendal, Henricus eiusdem ecclesie Canonicus, Gifelerus tunc Cappellanus Curie. De Laicis autem Wernerus Comes de Luchowe, Henricus de Swerin, Gardolfus de Had-

mersleve, Fredericus de Hasele, Tydericus Dapifer, Rodolfus Pincerna, Henricus Pilhifern, Fridericus de Welle, Gherhardus de Retvelde, Hermannus Prefectus de Magdeburg, Reynerus de Hindenburg, Gherhardus de Belitz, Germarus de Stapheld et alii quam plures. Acta sunt hec in Sandowe, anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo, XV Novembris, In Domino feliciter Amen.

Lenz, Brand. Urf. 18—20. Lentzli Becm. enucl. 58. Beckmann's Besch. V, I, IX, 30.

III. Der Herzog Kasimir von Pommern verleiht dem Kloster Arendsee das Dorf Wargentin und den halben Wargentiner See, am 26. Juni 1215.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Kazimarus, Pomeranorum dux, Leu-
tiorum princeps, omnibus fidelibus, ad quos pagina presentis scripti pervenerit, salutem in
vero salutari. Notum vobis facimus, tam presentibus, quam futuris, quod nos, pro salute anime nostre,
necnon et patris et matris nostre, ad sustentationem sanctimonialium in Arnesse deo servientium
villam Wargutin cum omni iure et cum omnibus sibi attinentibus tam in aquis, quam in dimidio
stagno ville adiacenti, in fluenti aque, que vocatur Pena, in clausuris, in agrisque silvis, de fluvio
que vocatur Zuziza usque in silvam quercinam infra Malekin et Wargutin, vbi vossata sunt,
que sunt nominata uosgrouen, voluntarie ecclesie dei in Arnesse contradimus, vt exinde pro no-
bis et pro predecessoribus nostris oratio fiat imperpetuum in ecclesia eadem in Arnesse in honore
sancte dei genitricis et virginis Marie necnon sancti Johannis ewangeliste constructa. Et ut huius
donationis certa permaneat prerogativa, hoc scriptum sigilli nostri impressione confirmamus. Huius
donationis testes sunt, qui tunc presentes aderant: Sueno, abbas in Elda, Robertus, prepositus
in Dimin, Valtradus, canonicus et sacerdos in Jhericho, Gozvinus, plebanus in Leuyn,
Arnoldus, capellanus in Dimin; de nobilioribus vero laicis: Rochellus, eiusdem urbis castel-
lanus, Dubimerus, Pribbezslaus de Kamin, Andreas, Priburiuitz, Ratyzlaus, Scar-
bimariz, Dudie, filius eius, et quam plures alii. Datum Dýmin, VI^o. kal. Julii, anno dominice
incarnationis M^o. CC^o. XV^o., regnante domino nostro Jhesu Christo.

Hasselbach, Rosgarten und v. Medem Cod. Pom. Dipl. I, 236. nach Eisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts
Sahn I, S. 1.

IV. Die Fürsten Nicolaus und Heinrich von Rozstoch bestätigen dem Kloster Arendsee den
Besitz des Dorfes Wargentin und der Fischerei auf dem halben Wargentiner See,
am 20. Juni 1219.

Nicolaus et Henricus, fratres et domini de Rozstoch, omnibus imperpetuum. Quo-
niam omnia, que ad nos pertinent ordinanda, firma manere volumus et inconwlsa, tam presentibus,